



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXVII. Die Herzöge Otto und Wratislaw von Pommern schenken dem
Kloster Marienpforte das freie Eigenthum von Herzleben, am 18. Januar
1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

Hanc igitur donacionem et confirmacionem a nostris predecessoribus rite et racionabiliter factas auctoritate nostra ordinaria confirmamus in hiis scriptis. Datum anno domini M^o. CCC^o. XIX^o., in vigilia palmarum kalendas maij II^o.

XXVII. Die Herzöge Otto und Wratislaw von Pommern schenken dem Kloster Marienpforte das freie Eigenthum von Herzleben, am 18. Januar 1323.

In nomine domini Amen. Ad perhennem quidem memoriam subscriptorum. Nos Otto et Wartizlaus, dei gracia Slavie, Cassubie et Pomeranie duces, presentibus omnibus volumus esse notum, quod ob reverenciam omnipotentis dei et beate dei genitricis Marie et omnium sanctorum et salutem nostrarum animarum et nostrorum progenitorum, Barnimi videlicet, Bugzlai, Elyzabet et Mechildis bone memorie dedimus et presentibus donamus sanctimonialibus in Bozenborch proprietatem ville Herfleve cum omnibus suis metis, terminis et distinctio- nibus, cum aquis, pascuis, paludibus, rubetis et lignis, cum omni precaria, cum omnibus exactio- nibus quibuscunque censeantur nominibus, cum omni utilitate et usufructu, cum omni iure supremo et ymo, sicut eam habuimus, perpetuis temporibus libere et pacifice possidendam iusto et habendam. Verum ne hec nostra donacio per quemquam nostrorum successorum aut officialium quoquo modo et posterorum violetur, seu temere infringatur, presens scriptum eis reddidimus nostris sigillis com- munitum. Dedimus eciam eis eandem villam ab omni servicio liberatam, quocunque modo nobis faciendo. Testes huius donacionis sunt Bertramus de Griphenberg, Henricus de Stegeliz, Wedego de Wedel, Henningus de Ecstede, Didericus de kerkow, milites, do- minus Johannes Lencin, magister, Johannes, plebanus in demin, nostri notarii, et quam plures fide digni. Actum et datum per Didericum de Zachow, nostrum clericum, Anno do- mini M^o. CCC^o. XXIII^o., ipso die prisce virginis gloriose.

XXVIII. Ritter Dietrich von Kerkow und seine Söhne vertauschen dem Kloster Marienpforte den See Groß-Warte gegen einige kleinere Seen, am 21. März 1324.

Noverint universi, ad quorum audienciam et conspectum presens scriptum pervenerit, quod nos Theodericus, miles, et Petrus et Georgius, dicti de Kerkowe, dimissimus et per pre- sentes dimittimus stagnum, scilicet quod groten warten vocatur, sanctimonialibus seu claustralibus in boyeenborgh residentibus permutacionis tytulo et appropriacionis, effusionem oracionum devo- tarum pro nobis et nostris predecessoribus intuentes, — ad usus suos cum omni utilitate et fructi-